Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26086
Copyright: Admont, Benediktinerstift



benedixit · qua domus illarum aspergi ius
sit · ac egrotantibus potandum transmisit
que cito diuina donante misericordia con
ualuere · nec ulla in eo monasterio predicta
peste exinde moriebatur ·
Contigit cuidam patri familias et domui
sue dira demoniace inlusionis temptatio ·
ita ut aperte malignus in eius domu spiritus ex
horrore et maleficiis habitare agnosce
retur · Nam subito cibos uel uestimenta
uel alia domui necessaria rapere solebat ·
et in ignem mittere · sed et paruulum inter
amplexus parentum pausantem illis
dormientibus tulit et in ignem proiecit
Sed uagitu infantis parentes suscitati · uix
paruulum de incendio eruerunt · et mul
ta atrocia eadem familia a nefando spiritu
perpessa est · nec a quolibet presbiterorum
depelli potuit · donec uir sancti uuillibrordus
a patre familias postulatus a quam illis
benedictam direxerat · precipiens omne
domus illius suppellectile foras ferri · et a
qua illa aspergi · prouidens in spiritu domum
flammis consumendam esse · Quibus ita
gestis uacuam domum a loco lectuli ignis
inuasit · totumque consumpsit · Altera ue
ro die in eo loco cum sanctificatione aque be
nedicte domo edificata nichil exinde